

CAP. XXIV.

TROCHISCI.

TROCHISCI CARBONATIS CALCIS.

R. Carbonatis Calcis præparati uncias
quatuor,

Gummi Mimofæ Niloticæ unciam u-
nam,

Nucis Myristicæ Moschatæ drach-
mam unam,

Sacchari purissimi uncias sex.

HÆC in pulverem terantur, et cum a-
qua fiat massa in Trochiscos formanda.

TRO-

TROCHISCI GLYCYRRHIZÆ.

R. Extracti Glycyrrhizæ glabræ,
Gummi Mimosæ Niloticæ, utriusque
partem unam;

Sacchari purissimi partes duas.

SOLVANTUR aquâ calidâ, et colentur;
dein vaporet solutio, leni calore, in mas-
sam quæ in Trochiscos formetur.

TROCHISCI GLYCYRRHIZÆ cum O-
PIO.

R. Opii drachmas duas,

Tincturæ Toluiferæ Balsami unciam
dimidiam,

Syrupi simplicis uncias octo,

M 4

Extracti

Extracti Glycyrrhizæ glabræ, aquâ
calidâ molliti,

Gummi Mimosæ Niloticæ in pulve-
rem triti, utriusque uncias quin-
que.

PRIMO tere Opium bene cum Tinctu-
ra; dein paullatim admisce Syrupum et
Extractum; postea sensim insperge pul-
verem Gummi Mimosæ Niloticæ; et tan-
dem exsicca, ut fiat massa in Trochiscos
formanda singulos grana decem penden-
tes.

TROCHISCI GUMMOSI.

R. Gummi Mimosæ Niloticæ partes qua-
tuor,

Amyli partem unam,

Sacchari purissimi partes duodecim.

OMNIBUS

OMNIBUS in pulverem contritis, cum
aqua Rosæ Centifoliæ fiat massa in Tro-
chiscos formanda.

TROCHISCI NITRATIS POTASSÆ.

R. Nitratis Potassæ partem unam,

Sacchari purissimi partes tres.

CONTERANTUR in pulverem, et cum
mucilagine Gummi Astragali Tragacan-
thæ fiat massa in Trochiscos formanda.

CAP. XXV.